

Franckesche Stiftungen zu Halle

Considerationes Modestae & pacificae Controversiarum De Justificatione, Purgatorio, Invocatione Sanctorum, Christi mediatore, & Eucharistia

Forbes, William

Helmstadii, A. MDCCIV.

VD18 11391456

Praefatio Ad Lectorem.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)


Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-219598



PRÆFATIO
AD LECTOREM.

Viam pacis ecclesiasti-
cae sternant, consiliaque
irenica, etiamsi non requi-
siti fuerint, suppeditent alii,
qui recte se facere existimant; ego
alienis negotiis me nolim immisce-
re, atque in re ad summas Potestates
pertinente, non rogatus sententiam
dicere. Interea viam aliquam (sunt
enim plures, quarum una alteri aut
reliquis non est contraria, sicut ad
hanc vel istam civitatem, a quatuor
mundi plagis, plures dantur viae,
& a circumferentia ad centrum plu-
res lineae, quae inter se non pugnant,

PRAEFATIO.

neque se mutuo evertunt) ab aliis
 calcamat, innocenter ac citra ullam
πολυπραγμοσύνην, commonstrare pos-
 sum ac debeo, in quantum hoc est
 theologiae doctoris officium: om-
 nino enim persuasus sum, ratione
 muneris obligatum me esse ad in-
 dicandum, quaenam genuinae sint
 eorum, qui pro dissentientibus ha-
 bentur, sententiae, ne *quid alieni* for-
 te iis tribuatur, neve confundatur
doctrina Ecclesiae alicuius cum parti-
 cularium placitis Doctorum, &
credenda seu articuli fidei cum quae-
 stionibus problematicis: nam quae
 Bellarminus, Becanus, & alii magi-
 stri romano-catholici docent, immo
 & Scholastici quidam (simile iudi-
 cium fiat quoque de Zvinglio, Cal-
 vino, Beza, & Ecclesiis reformatis)
 olim docuerunt, id non statim est
 dogma Ecclesiae romanae, & ab
 omnibus in illa, qui salvari cupiunt,
 te.

PRAEFATIO.

tenendum atque credendum. Neque etiam *ex censuris & approbationibus librorum* concludendum est, omne id, quod illi proponunt, esse de fide; etenim censurae & approbationes illae nihil aliud inferunt atque indicant, quam scripta non continere quidquam, quod sit contra fidem illius, in qua eduntur, Ecclesiae, aut contra morum honestatem; quum interim exhibere possint varia, de quibus ultro citroque disputatur, ita ut tibi liceat abire sive in hanc, sive in illam sententiam. Jam vero ad discrimen hoc faciendum, & recte accurateque cognoscendum statum controversiae, utilis esse potest praesens tractatus FORBESII; magnus enim hic vir, praeterquam quod prudentem & gravem agit disputatorem, fideliter atque ingenuè ostendere solet, quoniam sit mens adversariorum in capitibus

PRAEFATIO.

controversis, quae sententia Docto-
rum particularium, quaeque totius
Ecclesiae; nec religio ipsi est, virtu-
tem vel in hoste laudare, & subinde
etiam suorum, aliorumque naevos
aperire & confiteri: quin & mode-
rate iudicat de momento contro-
versiarum, atque in illis, si non
tollendis, certe minuendis sollicitam
ponit curam operamque. Ut non
facile reperias alium his in partibus ei
comparandum, praefendum forte
neminem. Nullum igitur est dubi-
um, quin hoc ex libro insignem
fructum capturus sit, quicumque
attente & absque praepudio, atque
in caritate, eum legerit relegeritque.
Quod autem ad editionem hanc
attinet, sane fatendum est, multum
operae & laboris me oportuisse po-
nere in tollendis plurimis & gravissi-
mis *mendis*, quae in optimum li-
brum, cum in citatis S. literarum,

Pa-

Pa-
d
gr
ni
ve
ali
ec
fa
lic
an
Ca
ut
lec
m
fiv
tin
cis
lio
co
&
tre
dic
tur

PRAEFATIO.

Patrumque ecclesiae, & aliorum auctorum dictis, tum in locutionibus graecis, & propriis scriptorum nominibus, itemque in numeris capitum, versiculorum, & paginarum, atque alibi etiam irreperant, adeo, ut hanc editionem cum priore conferens, facile deprehensurus sit, longe meliorem & quasi novam ac plane aliam eius esse faciem & conditionem. Caeterum ne novi *paginarum numeri*, ut fieri solet, negotium & fastidium lectori crearent, veteris editionis numeros tam in textu, quam in fronte sive titulis foliorum exprimere & retinere volui. Aliquibus etiam in locis, in gratiam studiosae iuventutis aliorumque, qui in secundis tertiisque consistunt, subjunxi *Annotatiunculas*, & sub finem voluminis addidi *Indices* tres, capitum videlicet, auctorum, & dictorum scripturae sacrae. Hoc igitur opere pro lubitu utere jam ac frue,

a 4 ere,

PRAEFATIO.

ere, benevole Lector, & studiis sacris
non tantum favere perge, sed & lae-
tam felicitatem uberrimamque Dei
benedictionem iisdem compre-
care.

IOH. FABRICIVS, *S. theol. Doct.*
ejusque in Acad. Julia Profess. primarius,
Abbas Regiae Litterae, & Sereniss. Ducum
Brunsvic. ac Luneb. Consil. eccles.

Sanctissimus Salvator noster
apud S. Matth. cap. V. 9.

Beati pacifici : quoniam ipsi, filii Dei vocabun-
tur.

S. Pat.

S. Paulus ep. ad Ephes. IV, 1.2.3.

Obscuro itaque vos ego vinctus in Domino, ut
digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum
omni humilitate & mansuetudine, cum patientia,
supportantes invicem in caritate, solliciti servare u-
nitatem spiritus in vinculo pacis.

S. Augustinus lib. 2. de Baptismo
contra Donatistas cap. 5.

Homines sumus. Unde aliquid aliter sapere, quam
se res habet, humana tentatio est. Nimis autem
amando sententiam suam, vel invidendo melioribus,
usque ad praecedendae communionis & condendae
schismatis vel haereseis sacrilegium pervenire, diabolica
praesumptio est. In nullo autem aliter sapere, quam
se res habet, angelica perfectio est. Qui itaque homi-
nes sumus, sed spe angeli sumus, quibus aequales in
resurrectione futuri sumus, quam diu perfectionem
angeli non habemus, praesumptionem diaboli non ha-
beamus.

Phil.

Phil. Melanchthon in ep. ad Senatum
Venetum, tomo IV. Operum,
pag. 834.

*T*alis servitus (Harpagianae similis) nequaquam
in Ecclesia constituenda est, ut propter tranquillita-
tem, omnia errata illorum, qui praesunt, comprobare
cogamur: maximeque eruditis tuenda est in dicenda
sententia, seu in docendo, libertas.

Sam. L. B. De Pufendorf in Jure feicali
divino, p. 374.

*S*ane qui serio pacem Ecclesiae quaerunt, minime
omnium curare debent homines turbido ingenio, qui
materiam vitilitigandi sibi eripi non patiuntur, & a
pueritia ad canos usque, enucleandis inutilibus quae-
stionibus tempus triverunt, ac inanibus ita animum
imbuerant, ut nihil acerbius sit, quam si quis demon-
stret, ipsos per totam vitam magno conatu magnas
angas egisse.

§
§
§

§

non
tat
Re
da
sel
pat
ne
tun
ali
vob
re
pra
in
urb